

## Epreuve écrite

**Examen de fin d'études secondaires 2014**

**Section: Toutes**

**Branche: Latin**

**Numéro d'ordre du candidat**

---

### **Texte connu**

**[30 p.]**

« Cui ergo ista didici? » Non est quod timeas ne operam perdideris, si tibi didicisti. Sed ne soli mihi hodie didicerim, communicabo tecum quae occurrerunt mihi egregie dicta circa eundem fere sensum tria ; ex quibus unum haec epistula in debitum solvet, duo in antecessum accipe. Democritus ait : « *Unus mihi pro populo est, et populus pro uno.* » Bene et ille, quisquis fuit – ambigitur enim de auctore –, cum quaereretur ab illo, quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos perventurae : « *Satis sunt, inquit, mihi pauci, satis est unus, satis est nullus.* » Egregie hoc tertium Epicurus, cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet : « *Haec, inquit, ego non multis, sed tibi ; satis enim magnum alter alteri theatrum sumus.* »

Sénèque, *Ad Luc.*, VII (113 mots)

### **Texte inconnu**

**[30 p.]**

Qui bonam famam (1) bonorum, quae sola vere gloria nominari (2) potest, expetunt, aliis otium quaerere debent et voluptates, non sibi. Sudandum (3) est iis pro communibus commodis, [...] subeundae saepe pro re publica tempestates: cum multis audacibus (4), improbis, nonnumquam etiam potentibus, dimicandum (5). Haec audivimus de clarissimorum virorum consiliis et factis, haec accepimus, haec legimus. Neque eos in laude positos videmus qui incitarunt<sup>o</sup> aliquando populi animos ad seditionem (6), aut qui largitione (7) caecarunt (8) mentes imperitorum (9), aut qui fortes et bene de re publica meritos (10) in invidiam aliquam vocaverunt. Leves hos semper nostri homines et audaces (4) et malos et perniciosos cives putaverunt. At vero qui horum impetus et conatus (11) represserunt, qui auctoritate, qui fide [...] consiliis audacium (4) restiterunt, [...] hi auctores hujus dignitatis atque imperii semper habiti sunt (12).

Cicéron, *Pro Sest.* LXVI, 139 (120 mots)

- (1) bona fama = *ici* : l'estime
- (2) nomino, as, are = nommer, appeler
- (3) sudo, as, are = [*fig.*] se donner de la peine, suer sang et eau
- (4) audax, -acis : audacieux, téméraire
- (5) dimico, as, are = lutter
- (6) seditio, onis, f. = révolte
- (7) largitio, onis, f. = largesses, dons
- (8) caeco, as, are : *verbe formé à partir de l'adj. caecus, a, um*
- (9) imperitus, a, um : *contraire de peritus, a, um*
- (10) bene mereri (de + abl.) = rendre des services (à)
- (11) conatus, us, m. = effort, tentative
- (12) haberi + attr. sujet : être considéré comme